



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119177

§. 70. Turcarum classis a Venetis igne combusta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](#)

Sæc. XVII.
A. C. 1649.

§. LXX.

*Turcarum classis a Venetis igne
combuſta.*

Interim Jacobus de Riva Venetorum
 Architalassus obſeffis Helesponti fau-
 cibus Constantinopolitanam classem
 tam arcte circumvallatam tenebat, ut
 Turcæ nec annonaiñ, nec merces ad-
 vehere poſſent: Ut ergo Venetorum
 vires distraherent, Africanam classem
 anno ſuperiore maximis ſumptibus in-
 ſtructam evocarunt; ne igitur Veneti
 ab utraque hostili claſſe includerentur,
 relictio apud Helespontum Jacobo, col-
 lectisque, quotquot poterant navibus,
 in occurſum hostis properarunt, quo
 conſpecto Constantinopolitanæ claſſis
 Præfectus, cum Auster Turcis ſecun-
 dior, quam Venetis afflueret, diſpaſ-
 ſis pleno ſinu velis, longius in altum
 non animadyertentibus Venetis ſeſe
 abſtulit, Smirnamque verſus con-
 ddit. Attamen Jacobus ſibi certaminis
 copiam ſimul & gloriam fuſſe ereptam
 gravius ferens, fugitivos strenue inſe-
 quitur, eosque in portu Foggiano de-
 prehendit, cumque Turcarum Præ-
 fectus improvida ſecuritatis fiducia fo-
 pitus, nec vicinum mare diſpositis cir-
 cum navibus tutum reddere, nec por-

*Nani Hift.
Ven. l. 5.*

Ss 5 tus

Sæc. XVII. tus aditum obstruere satageret, Jacobus
A.C. 1649 bus cum suis naviis inventus, hor-
rendam globorum & flammæ tempe-
statem in hostium naves detonuit, no-
vemque navae præter unam triremem,
& tres myoparones in cineres redigit,
non absque notabili Turcarum clade:
Cecidere Turcarum ferme tria millia,
& quingenti Christiani e dira servitute
redempti: coopertum erat mare occiso-
rum cadaveribus, & litora fugientium
turmis: Reportata hac victoria Jaco-
bus cum sua classe & Melitensium tri-
remibus in Insulam Cretensem vela fe-
cit, accepto nuntio, quod Turcae Su-
dam urbem expugnare tentarent. Op-
portune Petrus Didacus Venetorum
Bellidux Turcarum castris belli tor-
menta in editiore loco opposuit, ac
crebra explosione tantam stragem obsi-
dentibus intulit, ut trucidato Turca-
rum Architalasso ceteri omnes consen-
sis navibus aufugerent. Nec tamen
propterea Cussenius a Cretæ Urbis ob-
sidione cessabat, exiguo licet successu,
eoquod validiores militum suppetiæ,
quas ex Constantinopolitana urbe præ-
stolabatur, nondum adventassent: ne
vero otiosus nil interim egisse videre-
tur, Cydoniam urbem quatere molie-
batur, strenue tamen ab obfessis iden-
tidem repulsus. Tandem recente mi-
lite,

lite, magnoque armorum apparatu Sæc. XVII.
auctus, totam rabiem in Cretam ef- A. C. 1649.
fundere statuit: cum autem navis illa,
quæ bellicum ærarium advexerat, nu-
per Fogiano incendio absunta fuisse,
deficiente ære militari Janisari seditio-
ne mota plurimos trucidarunt, atque
Bassarum, imo ipsius etiam Cussenii
tentoria deprædati sunt. Altera au-
tem die Cussenius profuso auro seditio-
sos placare intentus, Urbis propugna-
culum, cui Bethleem nomen, iterata
aggressione expugnare nitebatur: non
una tamen vice repulsus, die nona
Octobris soluta obsidione ad castra re-
versus est: Postea crebris velitationi-
bus dimicatum est, Turcis plerumque
clade affectis.

§. LXXI.

Horatii Justiniani Cardinalis obitus.

Hoc item anno Cardinalis Horatius Ciacon. in
Justinianus patria Genuenis die vita Innoc. X.
vigesima quinta Julii septuagenarius
Romæ decessit. Hic inter pietatis exer-
citia adolescens, emenso studiorum
curriculo sese familiæ Presbyterorum
Congregationis Oratorii addixit, in
qua animam suam omni virtutum ge-
nere, ingenium vero Theologicis aliis-
que disciplinis excoluit: Erat eloquens
Ora-